



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv  
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1666**

49. Xauerius Meliap. nauigat, & cur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

ab Lusitanis ara erigitur, ornatu quàm potuit maximo; pompa instruitur militaris ex indigenarum, & hospitem hilari concursu, ad cohonestandam festâ gratulatione tam beatam lucem. Hæc inter gaudia, vtriusque aula ac populi, ambo reges, salatis aquâ Christo consecrantur, cum principibus, regij sanguinis, aliisque de populo permultis, quibus Christi doctrina diligentius imbuendis, adiungendisque ad illos cæteris, cum præter sacerdotes nihil deesset, suscepit Pavia se illos Malaca curaturum, quam paulò post attingit, Apostolicâ laude quàm mercatura insignior. His usque Comorinum vulgaris, gessere Xaverius, nec sui sat capax gaudij, vbertim flere, manus tollere in cælum, ac ni messem illic animarum copiosissimam ad manum haberet, quâ prohibebatur intermittere stationem, velle in Celabem illic euolare, ad amplificandos illius Ecclesiæ fines, proferendisque adiacentes in insulas, in quibus nutu postmodum diuino, eas fecit regum conuersiones, & regnorum quas sumus libro proximo scripturi.

49. Nunc vbi Piscariæ, & Trauancoris incolæ Christum erant professi; aduentabantque ex Europâ operæ socij, quos confirmandis iis suo loco posset relinquere; & Zeilanæ spes elisæ conciderant, occurrit an foret ex Dei obsequio in regna Macazaris transire, de quo non ausus prius decernere quàm maturâ cum Deo consultatione, responsum sciscitatus; eius obtinendi Thomam Apostolum intercessorem optimum adhibendum putauit Ecclesiæ Indicæ Fundatorem ac Patrem; ad hoc Meliaporem iter aggreditur leucarum quinquaginta; Nagapatani nauim Michaëlis Pereiræ conscendit marito exeunte anno 1545. Leucas duodecim Choromandilis oram prosperè raserant, cum venti contrarij turbulentissimo in proram exortu, coguntur montis excelsi dorso se tegere, ac toto septiduo æquiores auram opperiri; quod tempus Xaverium ieiunium prorsus exegisse

50. Ab iis qui simul vehabantur obseruatum; & Iacobus Madeira, iuridicè rogatus asseruit. Precationis videlicet cœlesti pabulo, longam inedia saginante, indè rogatu eiusdem Madeira, aquæ paululum sumpsit, cui prius cepam voluerat incoqui, repetitum mare deinceps placidum, ventum puppi afflantem, cælum elemens, nauigatio habuit, milliaribus propè centum.

51. Ac aliis oculis quàm quibus blandiebatur præfens serenitas, vidit sanctus ex fallaci tranquillo sæuam instare tempestatem; Madeira interrogat, essene illa nauis, in omnem incursum satis firma? cui vetustam; & quassam clarè indicanti; ergo iter in portum, infert Xaverius, quamprimum relegamus. Tam secundo, subdit Madeira, & mari, & vento, te quicquam metuere? vbi linter securus, ibi P. Francisce! periclitetur nauis? nec vllis Xaverij precibus donare sustinuit, illam quam cum vectoribus, & nautis iacturam putabat, tam blandæ, tutæque nauigationis, sed obstinatam incredulitatem subsecuta est velox pœna luentorum furentium subita rabies totum mare conuoluit, eaque

49

Xaverius  
Meliap. nauigat, & cur?

50

Hebdomadam ieiunus exigit.

51

Tempestatē prædicat.